



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Heruæus Maluesius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*Calunia*: nem retulit æquo mœstior:  
& ecce adfuit illi Virgo Ma-  
ter; & quid est, inquit, quod  
angeris? An nescis Filium  
meum, & me, in ijs, de quibus  
accusaris nunquam esse à te  
offensum? Quid ergo est, quod  
te afflit? sic animo tran-  
quillato respirauit.

P. Heruans Malnafus.

*Gallus.* Præstantis pro religiosa  
*Cleraci.* disciplina domi, foris verò  
*21. Febr.* pro fide Catholica zeli vir.  
*1622.* eòq; nihil sibi parcebatur, ut ad  
*etat. 62.* amissim seruaret domi sin-  
*Soc. 25.* gula; foris autem ut rem  
Catholicam labore quanto  
posset maximo promoueret.  
In castris, alijsque missioni-  
bus insignitè strenuus, illas  
pedes obibat. Amabat, &  
amabatur cùm Nostros re-  
geret; secularium quoque  
animos mirificè sibi deuin-  
ciens:

*Fides.*

ciens: sed hæreticorum odia  
in se concitauit ijsdem arti-  
bus ob quas à Catholicis  
amabatur. Cleracum mis-  
sus, ibi vrbe ab hæreticis do-  
lo captâ, dum Episcopi do-  
mesticis peccata confitenti-  
bus aures præbet, ab hære-  
ticis agnitus, plumbeo glo-  
bo in pectore traiectus, fer-  
ro in iugulo vulneratus; tum  
in vertice (vbi eis corona  
Sacerdotalis odio erat) &  
alibi, decem facile vulneri-  
bus saucius, IESVM & MA-  
RIAM dixit, & vixit. P. Ioā-  
nes Tournerius persanctè  
affirmauit; eius Cleracum,  
abeuntis vultum visum An-  
gelicis quibusdam radijs co-  
ruscare. Corpus aliquot à  
cæde mensibus integrum re-  
pertum est quasi recenti sâ-  
guine tunc aspersum.

*Radij in  
vultu.*

D P. Di-